S. D. P. Literis meis te lacessere nondum desino, Vir Cl. & Dne Honoratiss.
Ante menses duos Physica nonnulla obiter & cursorie ex Syst. Phys. Keckerm.
collecta misi, quae te accepisse non dubito. Prima occasione mittam diligentius
collecta, adeoque plura. Mittam etiam Systema Mathematicum (h. e. Geom. Optic.
Astron. Geogr.) item Comentationem Nauticam; quae utraque quantum discrepent ab ex-
emplaribus aliorum Studiosorum, a quibus fortasse ea habes aut apud quos ea vidi-
sti, tum experieris. Et ne de comment. nautica egregiis quibusdam scitu jucundis
materiis locupletata dicam, Primam Mathematices partem, inprimis Geome-
triam plane novam, quoad methodum & praeceptorum multorum comentationumque
additionem ab ipso autore (ut saepe scripsi) factam, videbis. Mittam si fieri
possit per occasionem tutam ac certam, circa nundinas vernales Francofurtenses,
ita ut nunc in Catalogo, hujus Systematis & Comment. nauticae titulum ponere
possis, & ad nundinas autumnales vel citius impressione absolvere. Inte-
rim moneo, ut viduae Keckerm. precium aliquod promittas: mihique et re-
[illegible] qua ratione & per quos homines Systema hoc Mathem. cum Naut.
ad Te cito & certo [illegible]ferri possit. Raptissime Monspelij
com[illegible]
24 Febr. ao 1611. T. Praed. officiosiss. colens
P. Janichius.

Prudentiſsimo ac Spectat[…]
mo […]viro, Dn. Guilielmo An-
tonio, typographo Hanovien-
ſi, ſ[…]ertiſsimo, Domino
meo colendo. In Hanauw.